

Deo, adeoque est ipsa Dei essentia: at ectypa theologia est scientia rerum divinarum communicata cum creaturis. Itaq; theologia archetypa differt specie, vel potius toto genere, à theologiâ ectypâ. Deinde quod attinet theologiam ectypam, illa tametsi est una, quantum ad rem, diversa tamē est si spectemus gradū. Est enim perfectissima in Christo homine, cui Deus spiritū dedit sine mensurâ Joh. 3. 34. ut ex eius plenitudine oēs accipiamus Joh. 1. 16. Secundū perfectionis gradum cernere est in beatis angelis & animabus in statu patriæ 1. Jo. 3. 2. Tertius, & infimus, gradus est in hâc vitâ 1. Cor. 13 v. 9. & seqq. Quare sicut olim circa montē, super quo lex promulgabatur, positi erant termini, quos capitale erat transilire: sic & limites theologiæ nostrati in statu vię circūpositos nefas est transcēdere.

IV. In theologiâ naturali non licet argumentari à tenebris ad lucem. Tenebras voco abusum luminis naturæ in gentilib. lacē, rectum usum ejusdē, quem apostolus appelleret *γνώσιν τῆς θεῆς*, *δικαιοσύνη τῆς θεῆς*, & opus legis inscriptum cordibus Rom. 1 & 2.

V. Partem theologiae contemplativam non oportet opponere parti practicae. Non enim theoria & praxis sunt differentiae oppositae in theologiâ, sed conditione inter se ad vitam æternam consequendam consociatae,